

Q.H. 149,43.

DoMIInICA JVbILate,

-VARTODIES

EHEū!

NATALI MEÆ,

Yc
3538

L A U B Æ,

ADMODUM INFESTA

ET EXITIALIS,

QUA NEMPE

I L L A

DILECTISSIMA ILLA ET DULCISSIMA,

REFLORESCENS HACTENUS

P A T R I A

RAPIDIS DESUBITOq; OVANTIBUS

ET QVASI-FATALIBUS,

πανωλέθρως FERE

C O N C R E M A T A


FLAMMIS,

NIMIUM, PROH DOLOR!

EJULAVIT,

NIGELLIS ALIQUIT LAPILLIS

b.e.



ANAGRAMMATISMIS OBSCURIS,

EX AFFECTU

Q V O

BONUMQUE CIVEM

P A T R I A E S U A E C A S U S

PIE PROSEQUI DECET,

SIGNATA

à me

Georgio Sigism. Vorbergio Laubano,

Reip. Budiss. Protonotar.

II.822.

Typis, CHRISTOPHORI BAUMANNI CIV. BUDISSIN.

(x2018996)



DNO.
JOHANNI GEORGIO STRAV-
P I T I O,

Civi apud Laubanos primicerio
unlegdeλφω meo dilectissimo

Salutem,

optatamq; sortis acerbæ vicissitudinem.

En mi Frater, meditamenta mea anagrammatica, quæ in diem Patriæ nostræ communi, juxtingq; tibi & ceteris civibus funestam nimis atq; luctuosam, quartam Maji, anni modò labentis intelligo, concepi, ut pietati Sympathicas quam Almæ nostræ miserrimè affectæ penitusq; ebeu! cinefactæ, & tibi amicisq; quorum cari penates & copiosa supellex tam vastæ calamitatis accessio non exigua fuerunt, multis nominibus debui, meoq; pariter dolori, quem acerrimum fuisse non pauci norunt, quodammodo satisfacerem. Tua illa sunto. Tibi enim potissimum deberi videbantur, qui, ut ea è scrinio (quò fortean rectius, cautiùs sanè, latuissent) in lucem publicam emitterem, suasor mibi extitisti. Nec est quod invidiam nomini tuo timeas. Facile enim ulteriorem dedicationis, per se levidens, rationem BONUS QVIS QVE invenerit, maximè cui non incognitus est amoris plusquam germani nexus, quò à primâ usq; etate, sine ullo voluntatum divortio, quam conjunctissimi viximus. Deus ter-optimus ALLBAM nostram ex cineribus ruderibusq; erectam beneficè sanet, paternè reficiat, ac damna ejus, & publica & privata, adeoq; & tua ceterorumq; Amicorum & Civium, Fatis melioribus soletur latisq; rerum successibus imò patentibus & perennibus incrementis benignissimè resarciat & compenset! Vale & amare perge

amantissimum Tui

Budissæ d. 30.

Sept. 1659.


Vorbergium.



DoMINICA JVbILate.

I.
DIC oMIna: eJVLabIt.

* *
Ad ipsam diem nocenter orientem.



Nlæta poscis Jubila? *dic* tui
Adversa fronti nominis *Omina*,
mox *ejulabit*, jubilare
quam jubeo. Cape Lauba jussum,
vel:

Ad incolam Laubanum.

* *

NOmen dici jubila postulat.
Fidasne dictis? *Omina dic* iis
Adversa: tristis *ejulabit*
Jubila jussa sonare Lauba.

2.

LVCebit. J! Dla oMIna.

*

De die male-ominosa.

* *

UT contra votum fias pellucida Lauba,
Hæc tibi lucebit lux radiosa nimis.
Lucebis flammis. I! supplex dia verere
Omina, qnæ dudum prænitueré tibi.

3.

*

EI DabIt oMnIa LVCi,

* * *

QVæ bona tot studiis quæsivit, totq; per annos
Sedula Lauba, Dei dante faventis ope;

A 2

Nunc

Nunc uni (quis credat) ei dabit omnia Luci
Irrarum flamas concipiente Deo.

Id. IV. DICI tIMEO.
4.
LaVbaN DICI tIMEo.

*
ipsa dies nomen suum abhorret.

IPSa meō timeo; Laubani, nomine dici
Scilicet hōc nullam jam meritura fidem.
Nam fallax dicar vobis imponere; quorum
Jubila, quæ ciām, flebilis ipsa fugem..
Nunc parcis, bello nunc assimulanda videbor
quæ jam, quām dicar, nil minus esse prober.
Nam gravis horrendiq; nimis quām plena timoris
omina fatali condo feroq; sinu.
Hinc infausta, nigro signari digna lapillo
& dicitimeo tota timenda dies.
Hancq; meam maculam veniens ne diluat ætas,
Anni, quo nocui, stigmata fronte geram.

5.
InDICo, LaVba: I, tIMEo.

*
Dies ipse malum prædicens.

NDICO tibi, Lauba, time: tibi causa timoris
imminet; in planctum jubila versa cadent.
vel:

Indico, Lauba, tibi gravis argumenta timoris
indiciisq; meis pulpita sacrā calent.
I, bona Lauba, time; supplex venerare Jehovahm,
ut, quos prædixi, jubila sint gemitus.

6. LI.

LIVIDA In te MICabo.

Invidisse tuum florem tibi Lauba videbor
auditurā tibi *livida*, sæva dies,

In te quæ flammā circumvolitante *micabo*.
Sed fas est fieri, quod jubet ipse DÉUS.

InCIDI ea aboLitVM.

Scazon.

LUX inter atras abjici merens luces
cum ceñeret Laubæ novata crescentis
& indies adaucta tecta, connivens
oculō sinistrō, dixit: *incidi* fervens
ea flammis mox *abolitum* scopis. dixit
& jubilum Laubæ rededit in planctum.

An tibi ILIVM? ô CaDe.

*

(An Laubam casuram.)

AN vigens parvum tibi jam videris
Ilium? majus cecidit. Minori
Imminens Casus, *Cade*, dicit idem. O
Lauba, fuisti.

vel: Scazon.

Post bellicæ flammæ facis tricennales
Servata Lauba crescis & reflorescis
favore fota siderum Serenorū
& jubilorum læta luce Sacrōrum?
An *Ilium* tibi videberis parvum?
At majus *Ilium* fuisse pernosti

& esse desiisse, cum *decennales*
belli moras viciisse jam videretur
& *jubilis* vacaret, hoste cedente;
& *gloriam*, quâ fulsit illud, *ingentem*,
evanuisse. Casus ille majoris
tibi minori quid minetur, attendis?
O cade, tibi dicit. Paves & horrescis
tuisq; *planctum* *jubilis* gravem misces;
Nam quanta te discriminum *malorumq;*
petat *Ilias*, sentis. *Stetisse* te ploras.

9.

ILI Cet ob I Dla Man V.

*

Lauba interire jubetur.

VIvida tota tibi jam Lauba vigensq; videris
nunquid Fatorum jussa tremenda capis?
Ilicet (hæc affantur.) *Obi*; mutabere, *dia*
in cineres primos te redigente manu.

10.

I DeVoCa LibItInaM.

*

Ad Laubam interitaram.

*

Scazon.

TE Jubilum Soletur ejulaturam.
Cœleste, Lauba. Funus est adornandum.
I! *devoca* *Libitinam* ab edito montis
Saxo propinqui. Nam cadaver expectat.
Te, Lauba proh dolor! cadaver aspectat.

II. DI



DI! CaVeO LIBITInA.

*

Lauba de interitu avertendo sollicita.

*

DI! quid agam? casus me mens præsaga sinistri
circum agit fusum templa frequento preces.
An sic sat *caveo Libitinam?* concremor eheu!
nec contra casum *cautio* sera valet.

12.

VI CaDo! Me LIBITInA.

*

Lauba interiens.

*

Quæ bellè è belli caput erexisse ruinis
& jam visa fui sat benè *stare* mihi;
Speraviq; simul, post plurima nubila lapsi
temporis, ad votum jubila velle sequi;
nunc *majore cado* vi subvertente misella
eheu! vi flammæ tota *cremante cado*.
Hoc ipsò, qui sancta meum sub jubila pectus
ducebat lachrymis heu redimenda, die.
Conclamata *cado*. Jam nunc deformè cadaver
{ ab ripit ad tremulum *me Libitina* rogum. }
{ ad bustum fumans *me Libitina* rapit. }

13.

CaDo, VIM LIBITInæ!

*

Eadem Lauba casum suum lamentans.

* *

Quæ benè tota *steti*, damnò, quod bella dedere,
fermè suppleto, num malè tota *cado*.

O vim

O vim terribilem Libitine! nempe pusillis
quæ cum corporibus corpora vasta ruit.

14.

Dei MICant obLIVIA

*
Laubainteritum suum ejusq; causam lugens.

Quis triste fatum, quod mei
exurit im a pectoris,
& viscerum sœvissimè
exhaurit } intimas fibras,
depascit } verbis adæquet æmulis?

O me miserrimam! tremor
ab ignibus non segnibus
& tota flagrans concido,
nec uspiam *vultus Dei*
quondam faventis emicat.

Ah his meis ex ignibus

Dei micant obLIVIA.

oblitus est eheu! mei,
quæ filiæ steti loco.

avertit ora patria

Oculosq; mites occulit.

An quod meis à partibus

Dei micant obLIVIA?
& ipsa pectus patrium
amore quanto debui
præ fluxilis boni lucro
& transituris quæstibus,
sum prosecuta segniter?
Cessent Pater, cessent tua
mei dehinc *obLIVIA*,
tuâq; me benigniter
resuscitante gratiâ,
optata clemens his meis
induc malis *obLIVIA*;
vel ut malorum dulce sit
meminisse, fac, favens pater;
& ut tui semper *memor*
sim teq; tota diligam
ex hoc subinde pectore
tui fuges *obLIVIA*.

15.

AboLet In|MICa DIV.

*
de die Laubam absumente.

Hæc inimica diu Laubæ memorabitur, illam
quæ flammis abolet, Lux, abolenda magis,

Aut



Aut inter noctes infaustas digna referri
quâ Laubæ non est umbra relicta sui.

16.

CIVILIA bona DeMI.

*

HÆC Lux Laubanis subito *civilia demit*,
quæ belli flammæ non rapuere, *bona*.

17.

MInatI DIV * CeLI: boa.

*

Ad Laubam multo cum pecore pereuntem.

QVæ tibi, Lauba, diu celi sunt fata minati
Hæc jam te feriunt; plange, gemisce, *boa*.
Exundant in te flammis victricibus ignes,
visq; resistendi deserit omnis aquam.
Hinc clamor, gemitus, planctus, lamenta, querelæ
miscentur pecudum vocibus horrisoni.

Humanas etiam pecudum vox horrida voces
absorbet. Sic jam Patria tota *boas*.

Jamq; *boas* verè, dum sese fornice cives
abdunt, aut timidi, qua data porta, ruunt,
multis cum fætu vaccis, bovibusq; relictis,
quorum jam nimium gutture Lauba *boas*,
Nam dum conceptis collucent cornua flammis,
fumat adusta cutis, frons oculiq; micant
Jam nimis horrendum tot guttura rauca *boatum*,
eructant, quavis terreboante domo.

18.

MInatI + CœLI DVbla.

*

recordatio omnium sinistrorum.

*ā celan-
do, te-
gēdo &c.
unde il-
lud:
tegit o-
mniace-
lum.

† à graco
κοῖλον.

B

Te



TE dubiam cœli dudum fecere minati,
aspera; quæ? dubiis Lauba premere malis.
Jam dubia heu! non sunt, nimium sed certa peristi,
In cinerum cumulis heu! tumulisq; jaces.

19.

InCIDILaVba: ô Mel!

absentis civis querela ad infaustum nuncium.

DUm vicinorum dubiis incendia narrant

Indiciis, hæsit lingua, stetere comæ.

Incidit ut Laubæ natalis mentio, mentem,

lapsam vix potui sede tenere sua.

Omea Laubæ! meam gratus cui debeo vitam

& sortem, nunquid mortua Lauba jaces?

Omea Lauba! mei cognati, frater amici!

O infelices! me mala vestra necant.

Oquoties mea Lauba mihi nunc *incident* ILLA

quæ fuit, & cecidit flebile facta rudus.

Oquoties ægræ menti Lux *incident* ista

quæ tot amicorum tot periere bona.

Confudere vagum tot tantaq; vulnera sensum,

Jamq; fugit magnus verba minora dolor.

20.

O DeLICIVM! an abiit!

*
Patriam civis desiderat.

*

Delicium mea Lauba meum fuit hactenus ingens;

An abit in fumos? in cineres abiit.

Cordolum mea Lauba mihi nunc incutit ingens.

heu! reditus abiit nescia! Lauba Vale.

vel:

ST

vel:

Delicium mea Lauba mihi fuit hactenus ingens,
O si delicium Lauba perenne foret!
Ast ah! Cordolum sors incutit aspera Laubæ
an abiit florens? in cineres abiit!

vel:

Dum stetit, & viguit divinò Lauba favore,
O quam delicium dulce, fidele fuit!
An fuit? an abiit? quod habere perenne vovebam,
In cineres abiit Lauba, & ego in lachrymas.

vel:

Non sine deliciis mihi Lauba revisa quotannis
Nec sine deliciis Lauba relicta fuit.
O quam delicium sincerum, quodq; rogavi
Numen, ut æternum continuumq; foret
Proh dolor! an abiit mea spes, mea, Lauba, voluptas
in cineres? abeo protinus in lacrymas.

21.

O Dilem! abIt? InCaLVI.

Lauba postignes sedatos.

O Calidum solisq; diem flagrantis, ad ignem,
 cujus sudavi hei! incalvij, nimis.
An abit? O longum miseræ nimiumq; morantem!
 nam sunt visa mihi singula puncta dies.
O serus vesper, quò flamma quievit & auræ
 admisit demum merecreantis opem.

22.

AbIt; aMlCe InDoLVI.

Civis compatiens.

Heu! abit atra dies & Laubam cogit abire,
 in fumos, animo non abitura meo, An-

Anxius indoli, dolu^te totus amicē
& meritō, dulcis Lauba tuumq; rogum
Impensē doluit sincerum pectus amicos,
quos non deserti deseruere lares.
Sed quid profeci? quin jam tibi Numen amicum
ex animo tristis Patria, Lauba, precor;
cujus non abeant à te Solamina, fati
flebile cordolium gnara levare tui.

23. discipulorum laetitia Sinfusi.
Abi; DIC oMnl. elVLat.

Adspectatorem Laubensem ruderum.

Qui miseram miserans properasti visere Laubam,
viso tam tristi funere, sospes abi.
Dic omni Laubam cupido lustrare modernam:
ejulat & luctus te quoq; parte premet.

24. obDeVICta LIMInā.
I! obDeVICta LIMInā.

Adincolam Laubanum, qui tempore incendii abfuit.

I! peregrē rediens civis, tua limina vise
obdeg, nam flammis singula victa patent.

25.
I! Dla LVCla MonebIt.

*Memoria incendii, quo suburbia Laubensia
An. 1634. periere.*

Nondūm quinq; tibi sunt lustra peracta, dolendo
quod iuspirasti percita, Lauba, malo.

I! te



I! te dia minus memorem *Lucia* monebit,
cujus Lux multâ luce tremenda fuit.
Occurrent animo flammæ, quibus undiq; cincta
perdebas extra mænia quicquid erat,
Goltziaco circum villas equitante croato
& piceas tectis injiciente faces.
Succurrent ignes, tunc fata suprema minati
jamq; tuas visi corripuisse domos.
Stramine cum tegulis ardente per aëra vecto,
teq; gravitotam percutiente metu.
Asthæc Lux gravior *Lucia* & *Luce*, voraces
In tua conjecit viscera, Lauba, faces,
Et, quicquid muros intra *Lucia* reliquit
imparsens, hæc celeri sustulit igne rapax.

26.

I! nVbILa DICta! ô Mel!

Querela in diem atrum.
Ireditus ignara dies, à sorte sinistra
quâ squales, meritò *nubila dicta* mihi,
Flammi-vomis eheu! tu *nubibus* horrida Laubæ
abscondis *lucem*, nomen & omne decus.
Te quoties dicent, toties cor molle frequentes
diffluet in gemitus: O mea Lauba, *mei!*

27.

InVIta CLaDeMoBII.

*

Diei ipsius exculpatio.

*

NON invita minus cladem, quam Lauba tulisti,
divinis obij jussibus, ipsa gemens.

B. 3

28. Ti-

TIBI LEVAMINA DIC

*
Consolatio

*

MEveniente gravi perculsa dolore gemiscis
Lauba, tuos flamma depopulante lares;
Sed praeunte tuo *tibi dico levamina, JESU:*
 { post fletus redient jubila certa tibi,
 { ex planctu crescent jubila nata tibi. }

TIBI CADOLEVAMINI.

*

Solaminis repetitio

*

Certissimo *Levamini*
Cado tibi cadenti
O Lauba flammis succuba,
 & ejulare jussa;
Nam non *cadent* in irritum
 amica verba JESU:
Extremia planctus jubilum
 & plausus occupabit.

VALEDICAMBITIONI.

(monitum & votum ad Laubam sincera.)

Omni quo Lauba nitebas
Valedicere jussa decori
 & flori, sera gemiscis.
Spebus *valedicere* noli,
 Tibi quas sacra *dicta* reducunt,

&



& tot pia vota receptant,
Sortis fruitura regressu.
Valedic modò seria, vultus
quâ fingitur, *ambitioni.*
Vale ant tectoria linguae.
Fidei cor, labra, genasq;
vetus ornet & ambiat album,
ni veiq; decentia moris.
Sint de pietatis amore.
Sint de virtutis honore.
Certamina maxima civis.
Validum sic cælica *salve*
iterum tibi gratia *dicit*
ipsius voce *Salutis,*
ut vis te lapsanitoris
& prisci gloria floris
resalutet & ambiat omnem.



Eteo-

Eteosticha.

Die gLVth friest LaVban av f/aLLwo ICH bin gebohren/
ICH hab In Ihr VIEL LVst VIEL FreVDen-Trost VerLohren.

*
hefLores LaVbae fLorIDE MaIe rapIs!

* *
MaIô fLorente heI! fLorIDA LaVba perIt.

* * *
QTA CrepVIr CrebrIs ConfLagrans LaVba rVIInIs
MaII heI! LVXLVCtVs qVarta perennIs erIt.

* * *
o qVater-InfeLIX MaII LVX qVarta! noCIVas
Ah LaVba teCtIs IntVLIt ILLa faCes.

* * *
LaVba refLores Cens nVper, nVnC LabIt VreheV!
fVb tuMVLo CInerIs LaVba sepVLta fVI!

* * *
QVæ VIX à beLLI reVaLeCere VVLnere VIsa est,
passa faCeM, CInere ah! LaVba sepVLta fVo est.

* * *
VtfLos, LaVba, tVVsp aVIr, sIC ConCVtIt, Iste heI
AspeCtVs bVstI Me CInerIsqVe tVI.

vel:

VtfLos, LaVba, tVVsp LacVit-sIC fLere CoëgIt
IntVIrVs bVstI Me CInerIsqVerVI.

* * *
LVX, qVæ tres seqVIr Vr MaII VICIna priores
In LaVba CIneres { CoLLabens IVre } tacetur.
IVste CoLLapsa }

BIs-bInô MaII Depascor LaVba per Ignes.

* *

AD Laubæ CIneres IngeMIs, hospes & abi.

F I N I S.

vorberg i Epitaphium ut in Epitaph. Budissin p 61. 5

KDTT

WT

Q. H. 149, 43.

13. E
VAR

L

1

DILE

RAF

ANAC

Georgi

Typis, C



Y C
3538

BIBLIOTHECA
LIBAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

N. 11.822
(X2018996)

